



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118863**

§. 12. Varia Regis Decreta contra Catholicos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

*Sæc. XVII. nes extra vagantes locum sint inventura.*  
*A. C. 1624. Subditos siquidem cum Regibus idem vitæ*  
*necisque arbitrium nancisci, consentaneum*  
*utique est.*

## §. XII.

*Varia Regis decreta contra Ca-*  
*tholicos.*

*Wilson l. c.* **C**um vero Rex in suo responso nullam  
 de Catholicis Aula & officiis pu-  
 blicis amovendis mentionem fecisset,  
 Senatus suam in eos invidiam nondum  
 expletam ratus, libellum, in quo quin-  
 quaginta septem Proceres Catholicos  
 officiis publicis honoratos designabant,  
 Regi tradidit: ne tamen Rex hunc ar-  
 ticulum urgeret, effecerat Buching-  
 hamus, veritus, ne ejus Mater, quæ  
 plurimum apud Regem valebat, pari-  
 ter Aula excedere juberetur: Ceterum  
 paulopost edictum in Catholicos inno-  
 vatum est, hujus tenoris: *Posteaquam*  
*Magnæ Britannicæ Rex, tam ab Ecclesia-*  
*sticis, quam secularibus, sub his comitiis*  
*congregatis statibus, erudiri cœpisset, quid*  
*quantumque sive incommodi, sive periculi,*  
*ab ingenti Jesuitarum, Clericorumque*  
*multitudine, impenderet, qui quidem au-*  
*thoritate Romani Pontificis ordinati, at-*  
*que hoc in Anglicanum regnum inducti*  
*sunt. Ut de fastu, & insolentia, qua*  
*quidem*

quidam subditos modo non a fide agnita, Sæc. XVII. A. C. 1624.  
 sed etiam subjectione & fidelitate ipsamet,  
 in diversum abripere moluntur, nihil dicatur.  
 Istorum omnium intuitu, quo tantis malis in tempore fieret medicina, Regi decretissimum est, amplius haud connivere velle. Proinde sic conceptissimis verbis Rex statuit: nimirum omnes & singuli tam Jesuitæ, quam Clerici, ex potestate Romane Sedis ordinati, atque intra Angliæ regni, Walliæque Principatus, sese tenentes, fines intra XIX. Cal. Quintiles exirent, portusque regni maritimos peterent, unde vento secundo in regiones exterius transferri possint, ac ne unquam post reverterentur, nisi in pœnas, legibus expressas incurrere mavelint. Pari rigore in omnes istos animadverteretur, quicumque post elapsum terminum ullum sive Jesuitam, sive Clericum, hospitio, domoque excipere, sive ullo pacto juvare ausus esset, pœna in omnes cujuscunque saltem forent ordinis, constituta gravi ac rigorosa. Idem inculcat Rex Archiepiscopis, Episcopis, Dynastis, ac Vicariis &c. nimirum ut & illi omnes in Jesuitas, & Sacerdotes quoscunque contravenientes severa sub lege irent, neque ulli gratiam facerent, parcerentque, nisi ipsi indignationem Regis in se, suosque provocare mavelint.

Sæc. XVII. Promulgato hoc edicto Catholico-  
 A. C. 1624. rum non pauci in carceres fuere con-  
 jecti.

## §. XIII.

*Jacobus Rex erga Catholicos non-  
 nihil indulgentior.*

*Relat. de  
 l'Archev.  
 d'Emrum  
 Mem. de  
 Deageant.*

Cum Catholici in Anglia recentem hanc vexationem non tam a Regis voluntate, quam Puritanorum odio profectam scirent, literas lacrimis uberior, quam atramento notatas ad Ludovicum Franciæ Regem dederunt, supplices, ut extremis calamitatibus oppressos, innoxios tamen, suo juvaret patrocinio: totam insuper oppressionum seriem perscripserat quidam S. Francisci Alumnus ad Hugonem Embrodunensem Archiepiscopum. Hic itaque Regem accessit, supplex, ut Angliæ Catholicos, quos jam antea per Tillierum Legatum suum de sua protectione certos esse jusserat, in extremo Religionis periculo deserere nolle. Paulo ante Hollandus Comes Angliæ Regis Orator de nuptiis inter Henricam Regis Gallici Sororem & Walliæ Principem conciliandis in Franciam venerat; cum ergo Ludovicus Rex summum Pontificem a concedenda legis venia compertis Catholicorum oppressionibus abiterri vereretur,

eun-